



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt episcopis in campo si necesse sit liceat confirmare, melius est au em in  
Ecclesia aut in atrio Ecclesiæ. Ixviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Vt episcopis in campo, si necesse sit, liceat confirmare, melius est autem in Ecclesia, aut in atrio Ecclesie. Cap. LXVIII.*

*Ex cōcil. Remensi, cap. 10.*

**E**piscono liceat in campo, si necesse sit, confirmare.

*Vt à solis episcopis baptizati sint consignandi. Caput LXIX.*

*Ex decr. Innocēti pap. Decētio episc. missis. cap. 3.*

**D**E consignandis verò infantibus manifestum est, ab alio quàm ab episcopo fieri licere, nam presbyteri licet sint secundi sacerdotes, pōtificatus tamen apicem habent. Hoc autem pontificibus solis deberi, ut vel cognant, vel paraclerum spiritum tradant, non solum in fuetudo Ecclesiastica demonstrat, verùm illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos, quos iam baptizatis tradant spiritum sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum seu præsente episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eo oleo signare, quòd solis debetur episcopis, cum tradant spiritum paraclerum.

*Vt presbyteri baptizatos in frontibus chrismate signare non audeant. Cap. LXX.*

*Ex rege Greg. ad Ianuariū episcop. Caralitanū, c. 200. Ex epist. Gelasii pa. ca. 5.*

**P**resbyteri baptizatos infantes signare in frontibus chrismate nō præsument, sed presbyteri baptizatos signant in pectore, ut episcopi postmodum confirmant in fronte.

*De presbyteris qui pro baptismate precia requirent. Cap. LXXI.*

**B**aptizandis consignandisque fidelibus precia præsunt, nec illationibus quibuslibet impostis ex tate cupiant renascentes: quoniam quòd gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à præsuntis precia exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redēptionis suæ causas adiret spiciant, certum habentes, quòd qui prohibita deprehensum admisisse, vel commissa non potius sua sponte contulerint, periculum subituri proprii sint honoris.

*De presbyteris qui veteri chrismate baptizare præsument. Cap. LXXII.*

*Ex cōcil. Lugdun. cap. 3.*

**S**i quis de alio chrismate, quàm de illo nouo quòd præsunt episcopi largitione vel concessione accepit, baptizatus